



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 25. Calabriæ Dux Concilium Basileense & Felicem veneratus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. genio promoti essent, tantum effecisse,
A.C. 1442. ut Scotiæ Prælati, quamvis Papa jam
 jam exauktoratus esset. Synodum tamen
 Provincialem congregassent, in qua Basileenses unacum Felice damnatos anathe-
 mati subjecisset, omnesque illis adhæ-
 rentes suis beneficiis privassent, hos inter
 numerari dicebat Comitis Duglassii Fi-
 lium, qui a Synodo, ac Felice ad Episcopatu-
 m nominatus, sede sua pulsus esset,
 nunc vero utpote resistendo imparem ef-
 ficitim Basileensium opeū implorare aje-
 bat, ut Patres censuris Ecclesiasticis ejus
 adversarios perstringerent, caussamque
 ejus defendendam fusciperent.

§. XXV.

*Calabriæ Dux Concilium Basileense,
 & Felicem veneratus.*

Aug. Patric.
 hist. Con. art.
 133. ex tom.
 13. Conc.
 p. 1605. **M**ense Decembri nondum evoluto, Fer-
 dinandus Calabriæ Dux, Alphonsi
 Arragonum Regis Filius, Basileam suum
 decrevit Legatum, qui ejus nomine obe-
 dientiam, reverentiamque Concilio exhibe-
 ret in omnibus, quæ Patris sui juribus
 contraria non essent. Cum vero Orator
 in suo sermone Ferdinandum appellare
 haud dubitasset Calabriæ Ducem, Ray-
 mundus Episcopus, nomine Renati Regis
 palam contendit, Ferdinandum Calabriæ
 Ducis prærogativa non gaudere, eoquod
 Regni

Regni Neapolitani jure Renatus potire-Sæcul. XV.
 tur, non autem Alphonsus, utpote illius A.C 1442.
 usurpator, proin Calabriæ Ducatum hæ-
 reditario jure ad Joannem Renati Filium
 devolvi, Ferdinandum vero non nisi intru-
 sum Ducem esse, nullumque jus in Sici-
 liæ Regnum eidem competere. Panor-
 mitanus Episcopum talia effutientem re-
 darguit, dicens, quod sine ullo Renati
 mandato ea faceret, quæ tamen nec ipse
 Dux ullatenus probaturus esset, subjun-
 xitque hanc suam agendi rationem eo
 magis reprehensibilem esse, quo impen-
 sius Alphonsum ejusdemque Filium ut-
 pote Concilii fautores, colere, nullatenus
 autem eorum Adversarios tueri opor-
 teret.

§. XXVI.

*Franciscus Sfortia Felici obedientiam
 pollicitus.*

Præterea Basileenses ex Francisci Sfor-
 tiæ promissis amplas conceperunt spes,
 quæ tamen brevi temporis spatio eva-
 nuerunt, eoquod officiæ ejusmodi pol-
 licitationes nonnisi ad proprium Sfortiæ
 commodum atque proventum tende-
 rent. Erat is Bellidux militari expe-
 rientia, animique virtute suo ævo longe
 præstantissimus, & Philippi Mediolanen-
 sis Duci gener, cuius tamen hostis e-
 vasit,